

376 tabula marmorea longa m. circ. 0,54, lata circ. 0,19. Romae in museo Vaticano (*Gall. lap. dii II*). Nec de origine constat nec quando reperta sit. Iam saeculo XVI videtur eam legisse Ligorius; nam v. 25 habuerit necesse est ante oculos cum excogitavit inscriptionem *Neptuno* positam a *L. Coilio* edendam inter falsas. Fortasse prodiit una cum n. 375 atque etiam per aliquod tempus eodem loco prostitit, omissam autem esse crediderim a descriptoribus ideo quod habuerint pro altero exemplo inscriptionis n. 375 (similiter ut hanc cum illo confudisse videtur Henzenus, cum in syloges Orellianae vol. III p. 524 add. ad n. 3882 eam quam supra n. 375 recensuimus inscriptionem P. Lucilii Gamalae adfirmavit extare in Vaticano, cogitans sine dubio de hac nostra). Certe haec fuit causa ob quam, licet publice in Vaticano proposita, non edita est ante C. L. Viscontium.

P · L V C I L I O · P f
 P · N · P · P R O · N · G A M A L A e
 A E D · S A C R · V O L C Á N I ·
 E I V S D E M · P R · T E R T · D E C ·
 5 A D · L É C T Ó · D · D · I N F A N T I
 I I V I R · P R A E F E C T Ó · L · C A E S A R
 A V G · F · C E N S · Q · A · P O N T I F ·
 T A B V L Á R · E T · L I B R O R V M ·
 C V R Á T O R I · P R I M O · C O N S T I T V I
 10 H I C · L V D Ó S · O M N E S · Q V Ó S · F É C I T ·
 A M P L I F I C Á V I T · I M P E N S Á · S V A
 I D E M · M V N V S · G L A D I A T O R I V M D E D
 I D E M · Á E D E M · C A S T O R I S · E T · P O L L V C I S · R E S T
 I D E M · C V R A T O R · P E C V N I A E · P V B L I C A E · E X I
 15 G E N D A E · E T · A T T R I B V E N D A E · I N · C O M I
 T I I S · F A C T V S C E L L A M · P A T R I · T I B E R I N O
 R E S T I T V I T ·
 I D E M · T H E R M A S · Q V A S · D I V V S · P I V S · A E D I F I
 C A V E R A T · V I · I G N I S · C O N S V M P T A S · R E F E C T
 20 P O R T I C V M · R E P A R A V I T
 I D E M · A E D E M · V E N E R I S · I M P E N S A · S V A
 R E S T I T V I T ·
 I D E M · P O N D E R A · A D · M A C E L L V M · E T · M E N
 S V R A S · A D · F O R V M V I N A R · S · P · F E C I T
 25 I D E M · N A V A L E · A · L · C O I L I O · A E D I F I C A T V M
 E X T R V E N T I B V S · F E R E · C O L L A P S V M
 R E S T I T V I T
 H V I C · S T A T V A · A E N E A · P E Q · P V B · D · D · P O S I T
 E S T
 30 ~~CHSXVII~~ ~~IIIVI~~

Primus edidit C. L. Visconti ann. inst. arch. 1857 p. 325; deinde Mommsen qui vidit ipse eph. ep. 3 p. 322 descriptam a Dresselio. Hoc exemplum repetivi. Mira est in hoc titulo scripturae diversitas; nam usque ad v. 11 litteras bonas habet aevi Hadriane vel Antoniniani et exaratus est cum cura et apicibus distinctus; inde a v. 12 'litterae', ait Mommsen, 'inaequales et magis magisque rudes ad formam quam cursivam dicunt declinant, ut ALS sic fere formentur $\lambda \nu s$ '. Denique haec pars aut tota aut fere tota scripta est in litura, sublata scilicet multo et diutino labore primitiva scriptura cum ipsa lapidis superficie et in spatio depresso et scabro repositis iis quae legimus Scripturae prioris vestigia deprehenduntur in spatiis vacuis vv. 17. 22 (ubi post RESTITVIT adhuc agnoscitur s). Item v. 12 ex parte antiquus esse videtur, similiterque v. 13 quattuor primae litterae una cum apice qui sequitur a prima manu videntur exaratae esse. V. 15 in GENDAE sub littera C vel G manus posterioris apparet antiqua F vel E. V. 23 M in IDEM olim fuit AR. . . . Reliquae quoque litterae cuiusvis capituli primae, scilicet binae ternaevae primae vv. 18. 21. 25. 28. 30, extra lituram sunt, sive remanserunt ex scriptura primitiva, sive, id quod probabilius est, scriptura primitiva cum versus haberet longitudine aequales omnes, hic lapidis margo tum remansit non scriptus. Denique v. 26 prima E, fortasse etiam sequens x, superest ex scriptura primitiva. Sic Mommsen, Dresselium maxime secutus. Moverat haec scripturae diversitas C. L. Viscontium cum primus titulum ederet, ut omnia quae sunt a manu secunda haberet pro recentibus, scilicet a falsario quodam adhibita inscriptione n. 375 lapidi incisis; cui adsensi sunt Henzenus et I. B. de Rossi et nuper Homolle (*revue archéol.* nov. ser. vol. 34 p. 234 sq.). Sed Mommsenus (eph. ep. l. c. p. 323/4) utramque scripturam esse antiquam documentis non solum ex argumento sed etiam ex ipsa scriptura et litteratura tituli petitis probavit. 'Quod tituli pars aliqua a manu diversa rescripta est, suspicionem non movet; immo antiquae liturae factae vel ob errores a quadratario commissos vel ob causam aliam supervenientem passim in lapidibus inveniuntur Ubi autem

eiusmodi emendationes cernuntur, secundaria scriptura fere deterior esse solet, ut hic quoque evenit. Ipsa litteratura partis posterioris ut pessima est, ita minime suspecta Tam sermo autem quam orthographia partis inferioris plane conveniunt cum superiore, ut non solum soloece et barbata scripta plane absint, sed etiam in talibus, quale est *extruere* sine s littera similibusque, qui haec scripsit optimae aetatis consuetudinem secutus esse inveniatur. — 5 INFANT/ est in lapide, INFANTS edidit Viscontius. — 6 SAR elementa negligentius exarata sunt et fortasse ab ea manu quae scripsit v. 12 seq. — 12 IDEM edidit Mommsen addito 'sic', mihi id quod est in lapide pro IDEM cum interpunctione longiuscula accipi posse videbatur. — 25. 26 Mommsen eph. l. c. p. 330 cogitavit de navali facto in usum extruentium diverso a navali subducentibus destinato; dubitat Jordan Top. 1 p. 438 not. 52.

Aetas P. Lucilii Gamalae, cui n. 375 et n. 376 sunt dedicati, determinatur inde quod in altero titulo n. 376 dicitur fuisse *praefectus L. Caesaris Aug(usti) f(ili)*, id est L. Aeli Caesaris, nam de Lucio Caesare imp. Augusti ex filia nepote et filio adoptivo cogitari nequit propter mentionem in eodem titulo factam thermarum *quas divus Pius aedificaverat*. Floruit igitur ab Hadriani temporibus usque ad M. Aurelium. Fuisse videtur ex posteris P. Lucilii Gamalae qui duovir fuerat a. p. Chr. 19 (supra n. 244). — Mommsenus olim, nondum edito a Viscontio altero titulo n. 376, alterum n. 375 adscripserat aetati Augustae, maxime propter mentionem belli navalis (n. 375, 42) quod habuit pro bello Siculo contra Sex. Pompeium. Sed cum hanc opinionem titulus n. 376 refutaverit, idem Mommsenus postea (eph. l. c. p. 334) mentionem illam belli navalis cum aliqua probabilitate rettulit ad bella gesta sub M. Aurelio.

377 parva ara marmorea. Origo Ostiensis testimonio caret. *Galleria di Sua Altezza Reale* [i. e. Florentiae in museo Mediceo] *dall' eredità Bassetti* BONARR. Florentiae in museo Mediceo GORI. Ibi extat.

M E M O R I A E
 P · L V C I L I · G A M A L A E
 C N · S E N T I V S
 L V C I L I V S · G A M A L A
 5 C L O D I A N V S
 P A T R I

Descripsit Henzen, recognovit Bormann. Bonarotti cod. Marucell. A 43 f. 105; Gori Inscr. Etr. I, 14, 14 (inde Mur. 1264, 7).

Hunc P. Lucilium Gamalam diversum putat Mommsenus (eph. ep. 3 p. 324) et ab eo qui duoviratum gessit anno p. c. 49 (supra n. 244), et ab eo qui memoratur n. 340 item ut duovir, et ab eo cuius honores

enuntiant n. 375 et 376; non enim videtur functus esse honoribus publicis. — Patrem appellat Cn. Sentius Lucilius Gamala Clodianus et hunc P. Lucilium Gamalam et in titulo infra (n. 409) edito Cn. Sentium Felicem; uter ei fuerit pater adoptivus, uter naturalis infra disputabitur.

378 Ostiae in museo.

D · L V T A T I O · D · F I L · P A T R I
 · C H A R I T O N I A N O
 E Q V I T I · R O M A N O · E
 D ~~CO DEC ADECTO~~ D a m

Descripsi. C. L. Visconti ms.